

Samuel Bohl Balthasar Kamsdorff

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...


9 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770611885>

Band (Druck) Freier  Zugang





Clc - 1871¹ - 15.




1825

R
R

^{Nb}
Recept wider die vberwiltz
auf podagze.

Recept. 1. Saffran
2. Saffran, da vom 6
3. Brandwein.
4. Mit der Saft, W. m. d. r. n. u. p. l. a. s. t. e. n. b. r. a. u. f.
Carus von die die Saure



DISPUTATIO NONA
PRO FORMALI
ERVENDO PRIMVM
in explicatione
SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BÖHL

Gryphenberg, Pomeran.

*In Academia Rostochiensi publico Docto-
rum examini subijcit*

BALTHASAR Ramsdorff /

Stetinenf. Pomer.

*Habebitur in Auditorio majori ad diem 23 Septemb.
horis antemeridianis.*



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXXVII.

DISPUTATIO NONA
PRO FORMALI
SERVENDO PRIMVM
in explanatione
SCRIPTURAE SACRAE

D. O. M. A.

PRÆSIDIS

M. SAMUEL BOHL

Gyphenberg. P. Amster.

in Academia Rossionensi publico Docto

rum de ministerio

BALTHASAR SAMUEL

S. Theol. Pomer.

habens in Academia Rossionensi ad alium 2. 7. 1716

actum et approbatum

Classicae Librariae

ROSTOCK

NICOLAI KILIANI

CLAM. M. DC. XXXVI.



T continuetur semel inceptum scruti-
nium formarum, assumo vocem **אח** signi-
ficans fratrem, cujus formale dico esse *in con-*
jungendo, quod extra propriam & adæquatam
eræ formæ probam, euiam conspiciamus ex
Rabbinica, Caldaica & Syriaca lingua.

2. Huius rationis est etiam **אח** soror. Quod cum satis
clarum sit, hic obiter explicabo locum legis, pertinentem ad gra-
dus consanguinitatis.

3. Levitici capite decimo octavo confertur versus novus
cum versu undecimo. Eum vulgata versio sic explicat. Tur-
pitudinem sororis tue ex patre sive ex matre, qua domi vel foris geni-
ta est, non revelabis. Hanc autem ita; Turpitudinem filie uxoris
patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non revelabis.
Ubi videtur quibusdam sine necessitate factam esse repetitio-
nem rei unius eiusdemq;.

Nam in versu undecimo describitur soror ex patre & non
ex matre simul, Eine Stieffschwester / so mit dem Bruder einen
Vater / aber 2. Mütter haben. In versu nono putant itidem de-
scribi sororem vel ex patre vel ex matre. Eine Stieffschwester
so mit dem Bruder einen Vater habe / oder eine Stieffschwester
so mit dem Bruder eine Mutter habe. Hinc concludunt, super-
fluum esse versum undecimum, cum in versu nono idem modo
erat descriptum. Metus hic est vanus, modo versus rectè le-
gantur ex veritate Hebraica. Sic autem sonat versus nonus

ערות אחותך בת אביך או בת אמך מולדת ביהוא מולדת

חן ר'א תגלה ערותך

Nuditatem sororis tue, qua est filia patris tui, aut filia matris tue,
qua genuit vel domi vel foris illarum inquam nuditatem non revela-
bis. i. e. Tu non duces in uxorem sororem tuam, quod fit,

R 2 cum

cum ducis filiam patris tui. 2. Cum ducis filiam matris tuæ sive
eam genuerit in conjugio ex tuo patre, vel extra illud ex alio.
Cum autem nominabam filiam patris, inquebam patris & non
matris simul, describitur ergo primum eine Stiefschwester/die
mit ihrem Bruder einen Vater hat. Secunda eine rechte Schwe-
ster die mit ihrem Bruder einen Vater vnd eine Mutter haben.
Tercio eine Stiefschwester/die mit dem Bruder eine Mutter hat
es mag sie die Mutter von einem andern Vater echt oder vnecht
geboren haben.

4. Jam conferatur aliter versus qui est undecimus, quem ita
exprimit Hebraica veritas. ערות בת אשת אביך זו לרת
אביך אחותך היא לה תגלה ערותה. Quem versus ego ita
verbo. *Nuditatem filia uxoris patris tui, que uxor parit tuo patri,
hec cum sit soror tua noli revelare nuditatem ejus i. e. Tu non du-
ces in uxorem eam filiam conjugis tui patris, quam ex ra con-
jugium tui patris peperit, si ea patri tuo conjuncta alia prola
cum beaverit. Describuntur ergo hic, Zusammengebrachte
Kinder/die 2. Väter vnd 2. Mütter haben/die können sich nicht
ehelichen/wo im Ehestand der Neuw zusammender treten Eheleute
als Vaters vnd Mutters Kinder gezeuget werden.*

5. Pone etiam, Constantinus ex conjugē Maxentia genuit
Brundisium filium. Calicles ex conjugē Anna genuit Mag-
dalenam. Calicles mori ut, Maxentia diem suum obi. Con-
stantinus ducit iterum Annam. Jam quaeritur, num Brundu-
sius ducere queat Magdalenam. Negatur id ex jure divino, si
Anna ex Constantino fiat prolifica. *[Ratio Quia est Soror ejus.*
Formalis autem ejus de quo jam dispuo est in conjugendo,
conjugitur enim & frater fit Brundisius Magdalena per copu-
lam Constantini & Annæ carnalem & prolificam.

6. His præmissis dubium legis dubium non est, nec versus
nonus dicit id quod versus undecimus. Nonus exhibet tres,
undecimus unam sponsam non sponsam, hic in nono versu af-
fixum plurale, in undecimo singulare occurrit. Ergo quod di-
xit versus nonus, non dicit undecimus.

7. Cum autem videam hanc demonstrationem acq̄ptari
quidem

quidem ab ijs, qui Hebraica non intelligunt, vix autem ab ijs, qui Hebraica audiunt, Hi epim auctoritate Doctissimorum interpretum fulti alia via rem aggrediuntur, Explicabo ergo ego jam obiter causas malæ interpretationis in hoc loco. Prima est sinistra acceptio vocis מולדת *Moledeth*, secunda forsitan צח *Chbuz*. Cum in versu nono dicitur. *Moledeth bait* non ut rati Vatablus dicendum est *Domi genita*. Sed iuxta meam explicationem, *Domi pariens*. Nam vox מולדת *Moledeth* est participium conjugationis tertiæ, & refertur non ad filiam sed ad matrem & est activum & non passivum. Hinc in versu undecimo *Moledeth abbicha*, non ut Vatablus putat significat hoc in loco. *Quæ genita est à patre tuo, sed pariens patri tuo mit welcher Frauen dem Vater Kinder zeuget*. Nisi hoc, idem dicitur hic, quod in versu nono & si passive sumam, cur non dicam. *Nuditatem filie uxoris patris tui à patre tuo genita, ut ad neptem referretur, confuso modo, quasi pater duxisset à se genitam filiam &c.* Non ita boni viri, מולדת activum est, & non ad Passivum. Nec Tremelliani cognatio hic locum habere potest. Quamvis enim מולדת sit quandoque nomen, hic tamen non, ocularis evincit demonstratio, imo ipsa ratio. Nam ut taceam mirabilem detorsionem vocis cognationis, ipsa ratio svaedet, gradum hunc esse prohibitum. Si enim verum est, quod cujus fratrem vel sororem ducere non possum illum ipsum copulari mecum posse impossibile est. Nam Constantini & Anna filius vel filia, Brundusius & Magdalena frater & soror, sunt) sequitur in gradu eos esse prohibitum. Quæ autem אחים vel אחות mei formalis sunt, ut copulati antea per se, copulari de novo non possunt nec debent. Et cum Judæos super hac controversia consulto, non multum solaminis ex ijs reporto, nam מולדת אכתי à quibusdam explicatur, quod ideo dicatur, quia pater educaverit eam de qua dicitur puella.

8. Alteram causam puto esse in voce צח, quam oppositam videmus esse צח אבית Aben Etsra enim hanc vocem explicat ita בית ישראל אחר אירושין וקרושין שנולדה על משנת super voces autem מולדת חיי / ita scribit מקמנהג & ad-

ויש אומרים כי פירוש מולדת כמו יוררו על ברכי
וסף sed quid immoror in allegandis Judæis, qui ab omnibus
legi non possunt.

Allego ergo Tremellium, qui in omnium manibus est. Hic
taliter exprimit versum nostrum. *Nuditatem sororū tuarū
filie patris tui, aut filie matris tue, cognationis domesticæ aut ex-
ternæ cognationis harum ne retegito nuditatem.* Quam vocem
ויוררו ideo volui allegare, quia occasionem dedit interpretibus
vitare tantologiam, quamvis rem tamen non tetigerint. Non
ut ponam eam ut facientem multum ad rem vers. undecimi, sed
tantum ut seduxisse visam. Nam omnino Tremellius sensum
hic non est assecutus.

9. Satis superq; veram explicationem me probasse autu-
mo. Antequam autem hinc abeam, placet demonstrare,
quomodo bona causa malè sit probata, imò non sufficienter sit
explicata & intellecta. Talem probatorem dico esse Anto-
nium Matthæum U. J. D. in collegio Institutionum Juris. Sic
autem iste p. 19. De matrimonio, quo de agitur in §. mariti 8. ne-
mo huic usq; quod ego quidem sciam, dubitavit, quin sit justum & le-
gitimum. Ego illud primus in controversiam voco, justum non est:
Nam Levitic. 18. v. 11. prohibetur. Secundum versionem nempe no-
vam Latinam Tremellij & Junij, & Germanicam magni Germanie
Theologi Joh. Piscatorū collegæ mei honorandi. Addit statim ver-
sionem Tremellij & Junij: *Nuditatem filie tue nate ex noverca
tua, cognata patris tui, soror tua est: hujus ne retegito nuditatem.*
Subjungit piscatoris: die Scham der Tochter des Weibes deines
Vaters/ welche deinem Vater verwandt worden ist (sie ist deine
Schwester) derselben Scham soltu nicht auffdecken. Postmo-
dum carpit veterem versionem, quæ ita habet: du solt der Toch-
ter deines Vaters Weibs/ die deinem Vater geböhren ist / vnd
deine Schwester ist/ Scham nicht blößen. Subjungit. *Sed hanc
versionem falsam esse facile liquet ex vers. 9. ejusd. cap. ubi jam ante
idem matrimonium prohibitum est Haut dubie ergo, ut tautologia vi-
detur, alia prohibitio sequitur in v. 11. Respondeo ergo, 1. Ve-
rum*

rum est, jus civile admittere nuptias, quas vetat Scriptura Sa-
era. Sic enim expresse legimus lib. primo titulo 10. p. 8. Insti-
tutionum. *Mariti tamen filius ex alia uxore & uxoris filia ex alio
marito vel contra, matrimonium recte contrahunt: Licet habeant
fratrem Sororemve ex matrimonio postea contracto natos.* Verum
num ex versione Tremellij & Junij refutari queat, valde ambi-
go. Verba in notis Tremellianis hæc sunt. *Appendix superio-
rum est ex hypothesi. Multi sunt, inquit Dominus qui in Ægypto
uxores duxerunt sanguini, sibi conjunctissimas, contra jus, sed rece-
pto more, quamobrem horum liberos nolo inter se connubia jungere,
ut documentum extet palam hoc genus conjugij comprobari mi-
hi, ne jus naturæ sapius oppugnetur. Hanc interpretationem, verba,
exempla, naturæq; videntur confirmare: & sequens ratio Soror tua
est q. d. est sanguinis & cognationis tuæ, cujus auctoritatem, digni-
tatemq; nova affinitate minuerunt parentes tui. Tu verò nequaquam
id facito.* Plura etiam sequuntur sed omnia allegare non pos-
sum. Non autem docent hi, supra nominatum Juristam hunc
casum, de quo ego ex lege loquor. Nam comprivigni possunt
copulari. Ergo non satis recte vidit iste Jurista, sed hanc limita-
tionem debuisset addere si comprivignis non adnascatur no-
vus frater vel Soror ex novo conjugio. Hoc ipsum non do-
cuit ipsum Piscator, qui malè vertit locum *hle Scham der Toch-
ter des Weibs deines Vaters / welche deinem Vater verwand
worden ist (sie ist deine Schwester) derselben Scham soltu nicht
auffdecken.* Falsissima hæc est explicatio & injuriam facit
textui, proprietati linguæ imò ipsi rationi. Quod ergo vide-
rit Jurista noster, quando ex Piscatore se primum hæc nota-
seputat, cum Piscator & Tremellius veræ rei nihil habeant.
Nam fundamentum ipsum est cognatio, quod falsissimum,
nam vinculum cognationis deficit. Disputent de hoc Jure-
consulti, qui plures rationes ex suo codice hinc valent allegare.


Forlan,


Forſan, quod nulla cognatio intercedat inter privignos, ergo cognatio à Tremellio profundero poſita nihil eſt, E contra per novum partem collocari in gradum primum compri- vignos, & ita ſecundum eſſe in oculis divinis conjugium.

11. Latius quam necesse eſt, hæc propoſui, ut anſam da- rem hæc rectè examinandi, vel approbædi vel reprobandi. Præ- fertim ut etiam notarem Juristaſtã ſupra allegatum hæc vidiffe, ſed non rectè Piſcatorem eſſe quidem viã ductorem, ſed cœcum, indignũ, quem ſequatur Juræconſultus, nam cum dicit Piſcator *verte* debuiſſet dicere *inverti*.


12. Reliqua quæ descendunt ab hac radice in forma conve- niunt, de quibus publice agam notans tantum, ex hoc for- mali in Scriptura Sacra tam late ſumi vocem Fratris & So- roſis, ſicut etiam in Zachariã fraternitatis, nam conjun- ctio vel mediata vel immediata in fratribus & ſororibus obtinet.











...od nulla cognatio intercedat inter privignos, ergo
 à Tremellio profundero posita nihil est, E con-
 ovum partum collocari in gradum primum compri-
 & ita foedum esse in oculis divinis conjugium.
 Latus quam necesse est, hæc proposui, ut ansam da-
 recte examinandi, vel approbædi vel reprobandi. Præ-
 etiam notarem Juristam supra allegatum hæc vidisse,
 ecte Piscatorem esse quidem viæ ductorem, sed cæcum,
 quem sequatur Jur-consultus, nam cum dicit Piscator
 onisset dicere *inverso*.
 Reliqua quæ descendunt ab hac radice in forma conve-
 le quibus publice agatur, trans tantum, ex hoc for-
 Scriptura Sacra tamquam vox Fratris & SO-
 sicut etiam in Zacharia, nam conjun-
 ctio vel mediatio